UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori Ecclesiastici

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Formula Litterarum Delegationis Visitationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62433

Visual Library

verno, e diſciplina delle Monache, ſi diano all'Abbadeſſe de Monaſteri tradotti in lingua volgare.

IX. Che ſiano ſottoſcritti dal Veſcovo, dal Segretario deputato del Sinodo, e dal Notaro, e poſti, e ritenuti in Archivio, e publicati.

Queſti Decreti, ò ſiano ſtatuti Sinodali, havendo vigore, e forza di legge, obbligano all'oſſervanza tutti quelli della Dioceſi: e ſe bene non v'è biſogno dell'approvazione della Sede Apoſtolica, nè eſſa ſia ſolita à darla: nondimeno alcuni Veſcovi mandano i loro Sinodi prima di publicarli alla Sacr. Congreg. del Concilio, per farli dalla medema riconoſcere, e ſentire di quella l'oracolo: il che è coſa buona, e lodevole.

Il modo di dirigere tutte l'azzioni del Sinodo, vien dato dal Gavant. nel manuale Epiſcopor. e dal Pace Giordano nel luo 30 citato lib. 8. tit. 2. per totum.

Quando poi ſi ſarà fatto il primo Sinodo nel modo accennato, ſe nel ſeguente anno, ò triennio, o pur anche nel primo, da ciò ch'il Veſcovo novello havrà rilevato nella viſita, giudicherà per il buon governo ſpirituale, e temporale della Dioceſi, non eſſervi biſogno di nuovi ſtatuti, ma di dover caminare coll'oſſervanza delli già fatti da ſe, o dall'anteceſſore non accade di fare il ſecondo: non deve però tralaſciare la convocazione del nuovo Sinodo, o ſia Congregazione Sinodale da ſpedirſi in un giorno, unica ſeſſione, per gl'altri fini preſcritti dal Concilio, e da Sac. Canoni.

Atti proviſionali.

Quando il Veſcovo novello foſſe Nunzio Apoſtolico, appreſſo qualche Rè, o Republica, o pure impiegato in altre cariche, & Officii per ſervizio della Sede Apoſtolica, e non poteſſe andare alla reſidenza: e per ſodisfare nel miglior modo che puole, e deve al ſuo carico Paſtorale, voleſſe far viſitare da qualche altro Veſcovo, o altra perſona qualificata per Dottrina, e per eſperienza la ſua Dioceſi, ſi potrà ſervire nella deputazione della ſeguente Formola.

F O R M U L A

Litterarum Delegationis Viſitationis.

N. N.

Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo N. Epiſcopo N. &c.

EX Supremæ diſpoſitionis arbitrio, Curiæ Eccleſiæ N. præſidentes, inter varias animi ſollicitudines, quæ ex Paſtoralis Officii Miniſterio Nobis incumbunt, ratio poſtulat, ut ea, quæ ad dictæ noſtræ Eccleſiæ, & Diæceſis, ejuſque locorum piorum, Eccleſiarum, ac perſonarum ſalutem, decus, & utilitatem ſpectare dignoſcuntur, totis viribus amplectamur, & præcipuè, quæ Dei cultum, & morum reformationem ac diſciplinam, conſervare, & augere utcunque poſſunt; idcircò Nos gravibus negociis in Urbe detenti, Diæceſim noſtram viſitari cupientes, Dominacioni tuæ Reverendiſſimæ de cujus ſingulari pietate, honoris Domus Dei Zelo, prudentia, doctrina, ac rerum agendarum uſu, plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & delegamus, ut tam Eccleſiam noſtram Cathedralem, quàm omnes alias etiam Parochiales Eccleſias Civitatis, & Diœceſim, ac tam Virorum, quàm Mulierum Monaſteria, Hoſpitalia, Montes frumentarios, Capitula, Collegia, Conſervatoria, & loca pia quæcunque, necnon Confraternitates, etiam laicorum,

& omnes perſonas tam laicas, quàm Eccleſiaſticas ſæculares, & Regulares Nobis jure ordinario, vel delegato ſubjectas, cujuſvis gradus, ſtatus, & conditionis exiſtant, auctoritate, & vice noſtra, tam ordinaria, quàm delegata viſites; cum facultate mandata, & præcepta quæcunque neceſſaria, & opportuna in prædictis locis viſitandis illis in rebus, quæ viſitationis hujuſmodi præparationem, ſtatum, progreſſum, & executionem concernunt, decernendi, faciendi, eaque exequi jubendi: perſonas quaſcunque noſtræ juriſdictioni ſubjectas pro rebus, & negociis ad hujuſmodi viſitationem pertinentibus ad te vocandis, & ad perſonaliter coram te comparendum citandi, & tanquam principales, ſive tanquam Teſtes examinandi, & interrogandi, ac juramentum de veritate dicenda (ſi opus fuerit) deferendi: recuſantes verò per Cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, etiam temporales tibi bene viſas compellendi: ac in perſonarum, & locorum viſitandorum hujuſmodi, ſtatum, formam, regulas, inſtituta, ſtatuta, Conſuetudines, diſciplinam, doctrinam ſingularum perſonarum, tam in capite, quàm in membris: nec non circa Divinum cultum Eccleſiarum decorem, fructuum, & introituum diſpoſitionem, Regularem obſervantiam, onerum Miſſarum adimplementum diligenter inquirendi, & ad hunc effectum quæcunque illorum Archivia, inſtrumenta, Scripturas, Tabellas, libros rationum dati, & accepti, & ratiocinia perluſtrandi, præſertim verò Sacras Reliquias, & quibus ipſæ Reliquiæ, nec non Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & res ad alia Sacramenta pertinentes continentur, Eccleſias, Cœmeteria, Altaria, Oratoria publica, Campanas, Vaſa, ornamenta, indumenta, & ſuppellectilia Sacra conſecrandi, & benedicendi, & diligenter inſpiciendi, & ad prædicta exhibenda quaſcunque perſonas cogendi, & compellendi, ac in præmiſſis omnibus, & ſingulis quacunque correctione, & emendatione indigere cognoveris, corrigendi, emendandi, & reformandi, juxta diſpoſitionem Sacrorum canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum abuſus tollendi, ac in primis Divinum cultum, Eccleſiaſticam diſciplinam, & obſervantiam Regularem, ubicunque exceſſerint, modis congruis reſtituendi Decreta, & ordinationes faciendi, & executioni demandandi, & obſervari, ac cuſtodiri præcipiendi: contradictores, ac tibi in præmiſſis inobedientes, eiſque conſilium, auxilium, vel favorem præſtantes per cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pœnas corporis afflictivas compeſcendi, implorato ſi opus fuerit ſuper his, etiam brachio Sæculari.

Præterea cum facultate etiam Pontificalia officia in d. noſtra Eccleſia Cathedrali, ac in aliis, tam Civitatis, quàm Diæceſis durante Viſitatione exercendi, eiſdemque perſonis Eccleſiaſtica Sacramenta, & præſertim Confirmationis, & Ordinis conferendi, & adminiſtrandi, & à caſibus nobis reſervatis abſolvendi. Itemque Procurationem ad Sac. canonum, & Concilii Tridentini præſcriptum à perſonis, & locis viſitatis exigendi, & alia demum gerendi, quæ nos viſitando facere, & gerere poſſemus: Volumus autem ut præſentes noſtræ litteræ Delegationis, in Cancellaria Epiſcopali regiſtrentur, & una cum actis, & Decretis peractæ Viſitationis (quorum exemplum authenticum ad nos tranſmittere Dominatio tua non gravabitur) ibidem conſerventur. In quorum, &c. Datum &c.

N. Epiſcopus N.
Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

Que-

Queſta formula mutatis mutandis, volendoſi commettere la Viſita, può ſervire anche alli Signori Cardinali, & altri Prelati, che fanno reſidenza in Roma, e che ſono Abbati Commendatarii perpetui di quelle Abbadie, ch'hanno giuriſdittione quaſi Epiſcopale, con avertenza però, che ſe il Viſitatore deputato, non havrà il carattere di Veſcovo, non gli ſi potrà delegare la facoltà d'eſercitare quegl'atti, che ſunt Ordinis Epiſcopalis, e ſe l'Abbadia non ſarà in Territorio ſeparato, e l'Abbate non havrà il jus di convocare il Sinodo, non potrà dare al Viſitatore la facoltà di conferire gli Ordini, ò di dare le dimiſſoriali per eſſi, ancorche l'Abbadia foſſe eſente, e Nullius, ſpettando ciò in tal caſo al Veſcovo viciniore ſecondo la diſpoſizione del Concilio (*a*)

Se poi al Veſcovo novello ſtando alla reſidenza, ò fuori di reſidenza occorreſſe di mettere la prima Pietra per la fabrica di qualche nuova Chieſa, e non poteſſe per qualche legittimo impedimento, o non voleſſe far' egli una tal funzione, non eſſendo atto d'ordine Epiſcopale, ma di giuriſdizione, potrà commetterla a qualche Sacerdote nel modo ſeguente.

[a] Ricc. in prax. p. 2. reſ. 295. per tot. Nicol. Lucub. lib. 5. tit. 29. nũ. 218. Card. de Luc. de juriſd. diſ. 16. per tot. Gallem. in Cõc. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. nu. 4. Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 1. tit. 2. c. 5. nu. 18. Sac. Cong. Concil. in Arimine num. 10. Jan. 1705.

F O R M U L A

Delegationis poſitionis primi lapidis.

N. N. Epiſcopus.

Dilecto &c.

CUM ad inſtantiam N. in loco N. noſtræ Diæceſis, ædificari debeat nova Eccleſia ſub invocatione S. N. Nos aliis gravioribus negociis præpediti, illuc perſonaliter accedere non valentes facultatem committimus, & delegamus, ut vice, & auctoritate noſtra, & ſervata forma in Pontificali, & Rituali Romano præſcripta, primum lapidem in fundamento ipſius Eccleſiæ ſolemniter ponas. Volumus autem, ut præſentes noſtræ delegationis litteræ, una cum actu publico peractæ functionis in Archivio N. reponere, & ad Nos authenticum exemplar tranſmittere debeas. Datum &c.

N. Epiſcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

L'atto poi fatto dal Delegato di detta funzione, ſi dovrà dal Notaro publico ſtendere nel modo ſeguente.

FOR-